



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Thomas Aeps. S. Melania Rom. S. Hilduardus Eps. 29. Dec.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44934**



S. Thomas Aeps. S. Melania Rom.  
S. Hildwardus Aps. 19. Dec.



*Sudium Orationis.*

Si Christus orabat, qui sine peccato  
erat, quanto magis oportet peccatores  
orare. Cyprianus.

Deus pro cuius Ecclesia gloriosus  
Pontifex Thomas gladiis impiorum  
occubuit, præsta quæsumus ut omnes  
qui eius & S. Melaniæ (S. Hildwardi)  
implorant auxilium petitionis suæ sa-  
lutarem consequantur effectum per D.  
N. Iesum Chr. &c.

Ora pro Anglia, &



1. S. Thomas Cantuariensis in Anglia Aeps, omen vitæ futuræ in adolescentia accepit, cum accipitrē capturus, aquis captus vitam pene amisit, nisi rota molæ aquaticæ sponte consistens ei gradū emergenti construxisset. Verbo ob defensionem Iustitiæ & Ecclesiasticæ libertatis dum regē lucrari Deo studet ab impiorum hominū factione in basilica sua gladio percussus, per eosdē ad cælum ascendit per quos exitium accepit A. 1170.

2. S. Melania Romanorum matronarū nobilissima, Ierosolymam navigans virtutum gloria fæminas cæteras anteivit, inter virgines vitam agens.

3. S. Hilduardus Tullensis Eps Bertino à quo educatus erat successit. Cū vero Episcopalis sedis rivalem pateretur abdicata dignitate Romam abiens, à S. Petro monitus in Flandriæ partes in opus verbi Dei advenit, & fructum copiosum tulit.